



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE  
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

**Boehme, Johann**

**Augustæ Vindelicorum, 1520**

**VD16 VD16 B 6316**

De Lusitania & vetustis Lusitano[rum] moribus. Cap. XXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

cundum Punicū bellum a Rhomanis didicere. In tanta seculorū serie nullus illis dux magnus præter viuatū, qui annos decem Romanos varia victoria fatigauit, adeo feris ppiora, q̄ hominibus ingenia sunt. Fœmine res domestica agrorūq; culturas administrant: ipsi armis & rapinis inserviunt: breui videntur veste ac nigra lanā habente similem caprarū pilis. Peltas in bello paruas ex neruis confectas, quibus tegatur corpus, habent, his in bello ea agilitate vtunt, vt & ictus & sagittas eurent: iaculis ferreis hamatisq; vtunt: galeas ferunt aereas cristatis palmis: gladios ex ferro puro ad palmi mensurā, quibus in conferta vtunt pugna. Ferrum suo more ad conficienda arma pparant. Nā ferreas laminas in terrā abscondentes, ibi tam diu esse sinunt, quoad debilitate parte ferrugine absumpta validior supersit: ex eo tum enses fortissimos tum cetera ad belli vsū arma necessaria componunt, hoc pacto fabricata, adeo cedunt omnia, vt neq; scutū, neq; galea, neq; aliud quid eis obsistat, duobus gladiis fulti, cum equestri certamine superiores euaserint, ex equis desiliunt & pedestrem adiuuant pugnā. Iaculis longe iaciunt & summa arte: in acie diutius p̄seuerant: mobili corpore leuiq; vt facile fugiant hostem & insequantur. Bella ad numerū aggrediunt, hosti obuiant cantando. In pace choreas leui saltu exercent, cum quadam crurum agilitate. Erga nepharios homines atq; hostes crudeles sunt, cum aduenis humani atq; hospitales. Aduenientes em̄ externos hospitio benigne recipiunt, adeo vt æmulatione quadam inuicem pro illorum honore certent. Quos aduenæ sequuntur, hos laudant, amicosq; deorum putant. Mulieres ferrea monilia collo gestant supra verticem, oros uos incuruos habentia, & ante frontem longius incumbentes, ad quos, cum velint velum attrahunt, vt extentum faciei umbraculū præbeat, idq; ipse pro maximo ducunt ornamento. Quadam item in parte tympanulū circumducitur ad posterioresq; in occipite neruos capiti vsq; ad auriculas adstrictum in altam latumq; paulatim supinatur. Aliæ sinciput expilam enudant, adeo vt amplius q̄ frons ipsa pateat. Alique impositū ad pedis mensuram in sublimē stilum erigunt, cui casariem circumtexunt, deindeq; pileo nigranti exornant. Carnibus varijs affluenter vescuntur. Potum ex melle conficiunt, eius copiam præbente affatim patria. Vinum emptum bibunt, mercatorum opera aduectum. Mirabilis apud eos hæc obseruatur consuetudo q̄ licet in victus munditia elegantes existant, vna in re tamen ista immundi videntur, & spurcie pleni, nam vniuersum corpus lauant vrina, dentesq; fricant, hanc optimam corporis curam existimantes. Fuit olim tota Hispaniæ terra (vt nihil obmittatur quod ad regionis cognitionem attinere cognoscitur) diuisa in vltiorem & citeriorem Hispanias. Citerior eadem que Tarraconensis ad Pyrenea vsq; iuga protenditur. Vltior in duas per longitudinem prouincias diuiditur, in Bethicam & Lusitaniā. Superioribus annis Hispania in regna quinque diuisa est: in Castellæ Regnum, Aragonum, Portugallense, Narra & Granata.

Fœminæ ad  
gros & rem  
domesticā  
curant  
Vestitus Hi  
spanorū  
Armatura hi  
spanorū

Ferrū gladij  
conficiendis  
vtilissimū

Hispanorum  
bellica vtus

Cantantes pu  
gnam ingre  
diuntur Hi  
spani.  
Hospitales  
sunt Hispani

Hispanarum  
mulierū cul  
tus admiran  
dus

Nota morē  
admirandū.

Victus

Lotio Hispa  
ni corpus cu  
rant

Optima me  
dicina

Hispania bis  
fariā diuisa

Regna Hi  
spanicę quinque

De Lusitania & vetustis Lusitanorū moribus, Cap. XXV.

N iij

## De omnium gentium ritibus.

Lusitania  
portugallia.

Fortissimi hi  
spanorū Lusi  
tani

Armatura lu  
sitanoꝝ

Bellica Lusi  
tanoꝝ virtus

Spartano ritu  
Lusitani  
uiuunt

Vaticinandi  
varij ritus

Montium ha  
bitatores

Oia centena  
immolant Lu  
sitani

Glande ve  
scunt mora  
ni Lusitani

Ætatis reuer  
rentia

Interporans  
dum choreas  
ducunt Lusi  
tani

Parricidarū  
pœna

Curandi egro  
ros mos egyp  
tius

**L**usitania vltioris Hispaniæ pars, quæ hodie Portugallia appellat, Be  
thicam a meridie, Tarraconensem ab ortu, ab occasu & septentrione o  
ceanum habens: dicta, vt Plynus scribit, a Luso Liberi patris ac Lysa  
cum eo bacchante. Sunt Lusitani Hispanorū fortissimi, scrutatores insidiosi,  
veloces, agiles, atq; versatiles. Scutis duum pedum latitudine vtuntur curuis  
ad anteriora prospectantibus, quibus neq; fibula neq; ansa vlla est, his in bel  
lo eā agilitate vtuntur, vt & ictus & sagittas euitent. Gladiolus aut pugio la  
teri adhæret, Plurimi lineos thoraces habent, perpauci lorice vtuntur, aut cri  
statis cassidibus, nonnulli neruatīs galeis, iaculum longe iaciunt, & summa ar  
te: in acie diutius perseuerant: mobili corpore leuicq; vt facile & fugiant ho  
stem, & inslequantur. Peditibus ocreæ ad sunt, vnusquisq; plura fert iacula, qui  
dam vtuntur & hastilibus, cuspides sunt areæ. Aliquos Durio amni vicinos  
Spartano ritu degere tradunt, duobus vtuntur vnguentis, ad calefaciendūq;  
ignitis vtuntur lapidibus, & frigida lauantur. Vnicus illis est cibus mundus  
quidem & simplex. Sacrificijs dediti exta prospiciunt, nihilq; concidunt, in  
spectant et lateris fibras & contrectantes ventura coniectant. Ex intestinis  
quoq; hominum maxime captiuorū diuinationes captant, sagis velantes. In  
de vbi plaga infigitur ab intestinis sub aruspice primum ad hominis casum  
vaticinantur, abscissas captiuorum dextras dijs offerunt. Omnes montium ha  
bitatores victu simplici vtuntur, aquarum potores, humi cubitores, Longas  
vt scemine inferius diffundunt comas, mitratis frontibus pugnas ineunt. Hic  
co maxime vescuntur, quem & Marti immolant, sicut & captiuos & equos.  
Faciunt etiam Hecatombas, i. centenarij numero sacrificia quolibet ex gene  
re, ritu Græcanico: & vt inquit Pindarus, omnia centena immolant. Gymni  
ca etiam conficiunt certamina. Armis exercent ludos, & equis, & castibus,  
& cursibus & tumultuaria pugna, & instructo per cohortes prælio. Monta  
ni homines, duabus anni partibus querna vescuntur glande, quam cum sicca  
uerint frangunt, molunt, panes conficiunt, & ad tempus reponunt. Hordeas  
ceo vtuntur vino, nam vitis inopia summa laborasti, idq; ita confectum cuc  
stigio absument. Conuiuia inter consanguineos celebrantes, pro oleo buty  
rum vsurpant, sedentes cœnant, ædificatos in pariete hemicyclos habentes.  
Primus sedendi locus cœnantibus in orbem ætati præstatur & honori. Inter  
potandum ducto ad tibiam vel tubam choro saltant inflexis exultantes pol  
licibus. In Basteranis mulieres inuicem manibus promiscue innectuntur.  
Omnis fere pullis amicti vestibus, & sagis. In quibus inuoluti per stramen  
ta cubant. Terrea illis vt Gallis in vsu sunt vasa. Mulieres in roseis degunt  
ornamentis. Numerorum loco grati admodum sarcinarum permutauone  
vtuntur: vel extensi argenti lamine frustum abscissum exhibent. Destinos  
neci lapidibus obruunt. Parricidas extra montium confinia vel vltra flumi  
na eictos saxi opprimunt. Coniugia de more Græcorum contrahunt.  
Ægrotos vetusto ritu Ægyptiorum in plateis deponunt, vt qui eo mor  
bi genere tentati sunt commonefacere eos valeant. Hic est montanis

viuendi ritus quem comemorauit eis inquam, qui boreale Hispanie latus terminant. Memorie proditum est, Cantabros, qui extrema Lusitanie seruant, cum in hostium potestatem perueniunt & deinde cruci affixi, læticie peana canere, Viros vxoribus dotes tradere, & filias hæredes designari, a quibus fratres earum vxoribus exhibentur, tantaque feritate esse, vt matres filios, ne in hostium manus perueniant, trucidare, & illud etiam filios parentibus facere, Cuidam deo sacra faciunt, cuius nomen non extat. Rotunda Luna tempore nocturno ante fores per omnis domos pernoctant choreas agitantes, virorum & mulierum comunis est vxilitas, Rem ipse rusticam exercent, Puerperæq; viris ministerium exhibent, Hispanum & illud est, vt de more toxicum apponatur ex olere apio consimili conficiunt, nullum afferens dolorē vt si quid offeratur inuiti, in promptu illud habeant. Eorundem & illud est vt se pro ijs, quibus concilientur immolent, & pro eis morti se deuouent.

Cantabros mores.

Cantabros ferocitas.

Religio

Toxicum semper in promptu

De Anglia, Scotia, Hybernia alijsq; multis Insulis & Insulanorū moribus, Caput Vicissimum sextum.

Anglia quæ & Britannia ab eruditis dicitur insignis in Oceano Insula triangulari forma Siciliæ similis. Hæc vndique a circumfuso mari cõplexa est nusquam iuncta continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa, quæ & quondam ab albis rupibus, qui ad eam nauigantibus primo apparent Albion dicebatur. Troes eam quandoque incoluerunt, qui Troia a Grecis vastata Palladis oraculo digressi classe in hanc Insulam venerunt atq; Gigantes tunc eam incoherentes multis prælijs victos expulerunt. Hos verum & ipsos post multos annos Saxones illustris Germaniæ populus Angeliæ reginæ auspicio expulerunt, & agros opesq; Insulanorum inter se partientes, vt linguæ pariter & gentis memoria in deuicta Insula sempiterna foret ab Angela ductrice sua terram illam angliam dixerunt, quamuis plerique sic appellatam putent, quasi nostri orbis angulum. Galliæ & Hispaniæ septentrionem versus opponitur. Ambitus quadragies octies & septuaginta quinque milibus passuum constat: dies longissimus. xvij. horarum deprehenditur, & estate lucide sunt noctes. Sunt Angli cæruleis oculis, facie adeo venusta, & statura procera, vt beatissimus Gregorius cum forte Anglorum pueros Romæ videret. Bene inquit bene Angli dicuntur, quia vultu nitent vt angeli, oportet illis ministrari iter salutis æternæ. In bello sunt intrepidi, optimiq; sagittarij. Femine candore & forma insigni. Vulgus ignobile ferum & inhospitale: mitior nobilitas ac magis obuia ad omne humanitatis officium: aperto capite, alteroq; genu flexi hospites salutant: osculant etiam si mulier sit, atq; in cauponâ ducunt. potantq; vna, qd' facere minime probro est modo ois lasciuia ablit. In bello nō agri violant, nō vrbes, sed ad internicionem alterius partis dimicatur. Omnia victorem sequuntur Prouinciatarum omnium prima

Anglia quodam Britannia

Albion Troes in anglia

Saxones in Anglia

Anglia vnde appellata

Ambitus angliæ Noctes estate lucide in anglia.

Venusti sunt Angli corpore

Hospitalitas angloꝝ